



## Quotidiana Christiani Militis Tessera

Stanyhurst, Guillaume

Coloniæ Agrippinæ, 1682

12. Dies Decemb. Filius Dei non se exinanivit, amittens quod erat; sed accipiens, quod non erat. S. Augustinus tractat. 17. in Joan.

---

---

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55659](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55659)

Decemb.

Tessera.

993

Per Christum enim successit nostræ miseriæ summa felicitas: ignominia gloria, paupertati opulentia, calamitati beatitudo, exitio salus. Nec fortassis unquam tam altè fuisset erecti, nisi priùs tam miserè fuisset prostrati. O felix casus, quem talis sequitur status! ut eum nanciscaris, ne doleas hîc te dolenda pati, cui aliquando dabitur Deo frui? Hoc non tam dicit, quàm prædicit Vates:

*Hic homo torquetur, ne perpetuò crucietur.*

12. DIES DECEMB.

Filius Dei non se exinanivit, amittens quod erat; sed accipiens, quod non erat. *S. Augustinus tractat. 17. in Joan.*

Christus, I.  
Deus &  
homo.

**F**ilius Dei, cum, quod erat, non amiserit, hoc est, naturam Dei; sed quod non erat, acceperit, hoc est, naturam hominis: liquet Christum

simul fuisse Filium & Dei ante tempora, & hominis in tempore. Hujus rei veritatem probabunt SS. Patres, quorum testimonia, veritatis sunt oracula. Primus sit, cui debemus primum Ecclesiæ Doctorem, Augustinum, inquam, D. Ambrosius. (a) *Legimus Primogenitum Filium; legimus Unigenitum, Primogenitum, quia nemo ante ipsum: Unigenitum, quia nemo post ipsū* (b) Et alibi. *In ipsa natura humana affectione Majestatem licet spectare Divinam: fatigatur ex itinere Jesus, ut fatigatos resiciat: Petit bibere, sitientibus potum spiritualem daturus: Esurit, cibum salutis esurientibus traditurus: Moritur, vivificaturus: sepelitur, resurrecturus: tremendo pender in ligno confirmaturus*

Pars III.

Rrr

tremen-

(a) *L. 1. de fide c. 6.* (b) *Ibid. l. 5. c. 1.*

tremescentes: cœlum caligine obducit, ut illuminet: terra tremefacit, ut solidet: Maria conturbat, ut mitiget, reserit tumultos mortuorum, ut ostendat domicilia esse vivorum. Creatur ex Virgine, ut ex Deo natus esse credatur nescire se simulat, ut scire faciat nescientes. Item Eusebius Gallicanus: (a) Similis mihi equalitate substantia, et nature, sed Innocentia, ac Justitia paritate dissimilior de meo haberet, unde pro me solveret, & de suo, unde punitus in nullo debitor appareret. De meo ergo habuit unde crucifigeretur: & de suo, unde conglorificaretur: de meo, unde caderet, de suo, unde resurgeret: de nostris que dedit peccati hostiam, de suo, indulgentia tribuit gratiam.

II. Sed ut fufius ta & elegantiùs idem Auctor in loco: (b) Parvulus natus est nobis, & filius datus est nobis. Hoc loco Propheticus sermo, Dei, & Hominis interpretatur expressisse naturam. Utramq; enim fides Catholica predicat, & credit: Nam si hominem tantum dixeris Christum, negas potentiam, quâ creatus es: si Deum tantum dixeris Christum: negas Misericordiam, quâ factus es. Quid ergo? Parvulus natus est nobis, & Filius datus est nobis. Natus est nobis, qui sibi erat datus est ergo Divinitate, natus ex Virgine. Natus, qui sentiret esse sum: datus, qui nesciret exordium. Natus, qui & Mater esset junior: datus, quo nec Pater esset antiquior. Natus, qui moreretur: datus, ex quo vita nasceretur. Ac sic, qui erat, datus est, qui non erat, natus est. Illic dominatur, hic humiliatur: sibi regnat, & mihi militat. Et paulò post (c) Christus inseparabilis cum Patre substantia, & ad terrena descendit, & caelestia non reliquit, & hic adfuit,

(a) Hom. 6. de Pascha, (b) Hom. 6. de Nativit. L. 9. 6. (c) Psal. 18. 6.

Et illic non defuit. Nam sicut dicit Propheta: *A summitate egressio eius, describitur quidem eundi, Et redimendi velocitas, sed discursum nescit Immensitas, quia Deus ubique totus est. Accedere ad nos Misericordia potuit: recedere à se plenitudo non potuit. Qui enim excedit omnia, quò recedit? Ac sic Unigenitus à Patre missus, non amissus est. Et idè dixit Propheta: (a) Erudavit cor meum, verbum bonum. Sicut enim ex usu prolatum hominis verbum: ita ad audientem à loquente transfertur, ut tamen in eo, de quo progreditur, corde teneatur, sicut sermo, quem loqueris, Et à te exiit, Et tecum est, novo, Et stupendo genere Et transit, Et remanet, transfunditur, nec elabatur, Et quò dirigitur, pervenit, Et unde emititur, non recedit. Ita Et Dominus Noster Iesus Christus, qui in principio erat Verbum: Deus apud Deum, ad nos produit, à Patre non exiit: illic adstitit, huc processit: ad nostra descendens, in suis remansit: sicut ad sua regrediens, nobiscum remansit. Et ad nos igitur Verbum incomprehensibile percurrit, Et à Patris pectore non recessit.*

III. Eadem est mens, licet alia verba S. Procli:  
 (b) *Veni ad salvandum, sed Et pati illum oportuit. At quomodo utraque hac fieri potuerunt? Homo purus salvare non poterat: Deus solus pati nequibat. Quid igitur? iste Emanuel Deus, factus est homo; Et id quidem quod erat, salvavit: quid verò factum est, subiit passiones. Idem erat in sinu Patris, Et in utero Virginis. Idem detinebatur inter Matris brachia, Et ferebatur super pennas ventorum. Idem ab Angelis adorabatur, Et cū Publicanis mensa accumbebat. Vix Cherubim aspicere audebant,*

Rrr 2

(a) Psal. 44. 1. (b) Hom. de Nat. Dom.

andebant, & Pilatus interrogabat. Servus colaphis ce-  
debat, & ipsa creatura horrebat. Crucifigebatur, &  
thronus gloria non deserebatur. In sepulchro clauden-  
tur, & calum, uti pellem extendebat. Inter mortuos repu-  
sabat, & infernum despoliabat. Hic, ut deceptor ca-  
lumniis afficiebatur, ibi, ut sanctus glorificabatur. Ob-  
signo hæc omnia effato S. Augustini. (a) Christus fi-  
ctus est homo, qui erat Deus; accipiendo, quod non erat,  
non amittendo, quod erat. Ita factus est Homo-Deus.  
Erigat te Christus per id, quod homo est: ducat te per id,  
quod Deus, & homo est, per ducat te ad id, quod Deus est.  
Tu esto humanus erga Hominem, Divinus erga  
Deum, & eris acceptus Homini-Deo. Nimis quam  
luculentè, tum suâ Humanitate, tum Divinitate (ut  
claudam usitato penso.)

*Christus monstravit, quantum te semper amavit.*

### 13. DIES DECEMBRIS.

Puderet te fortasè imitari humilem hominem; sal-  
tem imitare humilem Deum. S. August. tract. 23.  
in Joan.

Christi I. I.  
merita in-  
finita.

**T**Otis, velut in circo, viribus ter-  
ter se certarunt, hinc hominis  
superbi miseria: inde humilitatis  
Dei Misericordia. Sed non  
quo Marte: nam dum humilis Deus depresso homi-  
nis superbiam, sustulit & miseriam: ut jam miserum  
esse, non sit Dei cogentis, sed hominis volentis: Enim-  
verò. (b) Quæ superbia sanari potest, si humilitate Filii  
Dei non sanetur? Ait Augustinus: Puderet fortasè imi-  
tari humilem hominem, saltem imitare humilem Deum.

(a) Tract. 23, in Joan. (b) De Agon. Christi, 11.